

Ad sextū. Ad sextū dico: cōclusionē esse verā: ad probatiōne oppositi dico: quod in 2. Metaph. tex. 2. habetur: quod in diffinitione Accidētis ponitur substantia: quod intelligitur de diffinitione Accidētis; vt Accidens est: non verō, vt ens est: nā Accidens, vt sic, tantum respicit ens; & æqualiter entis quidditatem participat.

Ad septimū. Ad septimū distingo minorē: non intelligitur Deus perfecte, vt Deus est, cōcedo: vt ens est: nego minorē: nā eo modo, quo intelligitur gradus entis, vt sic, in creaturis, intelligitur etiam in Deo: & vbicumque reperitur.

Ad octauū. Ad octauū, nego minorē: ad probatiōne dico falsissimū esse, quod assumitur: periret enim omnis causalitas vniouca contra cōmunem Phylsophiā: homo enim generat hominē sibi similem vniouce in humanitate: & tamē non generat seipsum, nec suā humanitatē producit: ita similiter, licet Deus producat gradū entis creati, in quo eū creatura vnioucat; non inde sequitur, producere suam propriam entitatē: producit igitur Deus gradum entis simile suo gradus; non tamen producit suum gradum entis.

Ad nonū. Ad nonū Doctoris dico: quod Deus, & creatura, sunt primo diuersa in realitate prædicamēta li; nō vero in transcendentia: sicut materia, & forma, sunt primo diuersa in realitate prædicamēta li secundū Doct. in 2. dist. 12. cōueniūt tamen in realitate entis; vt ipse vult in 1. dist. 3. q. 3. circa mediū. Vel aliter: quod sunt primo diuersa in realitate subiectiua; non vero in realitate obiectiua, & conceptibili.

ARTIC. III.

An ens reale possit secundam intentionem generis fundare?

EX secūda cōclusionē nostra in Articulo præcedēte posita ortum habet Articulus præsens; & pro parte affirmatiua facit argumentū contra ipsam cōclusionē a Doctore cōfectū: quod sic se habet: si ens esset vnioucū ad Deū, & creaturas, substantiam, & Accidens, haberet omnia, quæ Porphyrius desiderat ad rationē generis: ergo si secundū Doctore est vnioucū, erit genus: patet antecedēs: nā ad rationē generis hæc duo desiderantur a Porphyrio: quod genus dicat vnam rationem communem, & præcisam, secundum quam prædicetur de pluribus specie differentibus: sed admissa vnioucatione, ens diceret vnam rationem communem, & præcisam a suis modis inferioribus: alioquin absque hac præcisione vnioucatio perfecta consistere non potest, & aliās secundum Doctorem ens nominaliter sumptum de suis inferioribus prædicatur, ergo est genus ad illa.

Secundo, ens habet differentias, per quas legitimē contrahitur: ergo est genus: antecedens probat: nam ens contrahitur per finitū, & infinitū, tanquā per modos: sicut animal pro rationale, & irrationale: ergo sicut hoc est genus, ita & illud: nam modi sæpe vices differentiarum supplet.

Tertio, ens prædicatur in quid de pluribus, & non prædicatione speciei: ergo prædicatione generis: minor cum consequentia patet: nam prædicatione in quid tantū in his duobus Prædicationibus reperitur: maior autē est Doctoris, & ab omnibus tanquam vera recipitur: ergo, &c.

Pro intelligētia notandū: quod ad hoc, vt ali-quod prædicatū dicatur genus, duo requiruntur: primū; quod sit limitatū: id est de rebus vnius generis, & nō diuersorū, prædicetur in quid: hoc est per modū potētiā, & contrahibilis per realitates differentiarū; ex quibus simul cū ipso fiat vniū cōpositū ex actu, & potētia. Secundū: quod licet de suis inferioribus in recto prædicetur; nō tamē de differentijs cū ipso inferiora componentibus; nec in illis realiter includatur.

Dicendū: ens reale nominaliter sumptū nō potest secundā generis intentionem fundare. Hæc est cōmunis cū Doctore in 1. dist. 8. q. 3. & dist. 3. q. 3. lit. N. & probatur ex defectu conditionū ad genus requisitarū: tum: quia ens reale prædicatur de rebus generū diuersorū: quia nō est in potētia ad verā realitatē: nā modi intrinseci, per quos determinatur, nō sunt veræ realitates cū ipso aliquod totū cōponentes: tū etiā quia in vltimis differentijs quidditatiue includitur: quod vero generi alienū est: animal enim nō prædicatur quidditatiue de rationali, & irrationali: ergo cū ens has condiciones non habeat, non potest esse genus: etiam si vnioucū sit.

Ad primū argumentū: nego antecedens: nam ad rationē generis nō sufficit, vt sit vnioucū, & quod de pluribus quidditatiue prædicetur: sed vltra hoc requiritur, vt talis vnioucatio nō sit transcendens; sed prædicamēta li: & quod prædicetur immediate de pluribus differentijs specie; & non mediāte, & remote: vnde cū ens sit vnioucū vnioucatione transcendente; & remotissime de differentijs specie prædicetur: nā prius defecit in ens finitū, & infinitū; & in decem Prædicamentis: ideo ratione generis caret.

Ad secundū, nego antecedēs: ad probatiōnem dico: quod modi intrinseci entis nō sunt realitates sufficētes ad induendā differentiarū rationē: quia differentia semper sumitur ab aliqua realitate formali potēte cum genere vnum per se cōponere: modi autem intrinseci entis, nec sumuntur ab aliqua forma; nec vnum per se cum ente componunt, quod sit vere ex rebus, seu ex realitatibus cōpositum: & ideo vices differentiarū sortiri nequeunt. Vide Doct. in 1. reportationū dist. 25. quæst. 2. ad secundum.

Ad tertium, distingo maiorem: prædicatur in quid, tanquā prædicatū prædicamēta li: nego: tanquam prædicatū transcendens: cōcedo maiorem: & in hoc sensu intelligitur Doctore in 2. de Anima; & vbicumque asserit ens esse vnioucū Logice suis inferioribus: loquitur enim de vnioucatione Logice transcendenti; & non prædicamēta li. Si hoc autem sit contra Arist. in 1. Topicorum hoc prædicatū transcendens non enumerantem; vel non sit contra ipsum: Vide Doct. in primo, distinct. 8. quæst. 3. lit. S. Aristotelem explicantem.

ART.

3. Argum.

Notandū.

Conclus.

Ad primū

Ad secundum.

Ad tertium.

ARTIC. III.

An ens prædicetur quidditatiue de omnibus per se intelligibilibus?

HANC difficultatem tangit Doctor in præsentis argumento tertio, & quarto, ad oppositum: clarius tamen eam disputat in primo; distinct. 3. quæst. 3. lit. F. ex cuius mente omnes fere eius discipuli, ac etiam Thomistæ, tanquam verum deducunt; ens reale non prædicari vniouce quidditatiue de suis proprijs passionibus; nec de vltimis differentijs; modis intrinsecis; nec de Hæcceitatibus; & alijs huiusmodi: quæ sententiæ, tanquam de mente Doctoris probatur primo. Si differentia vltimæ includunt ens vniouce: & in quid dictum de eis; & non sunt omnino idē: ergo sunt diuersa aliquid idē entia: sed talia sunt proprie differentia ex 5. & 10. Metaph. ergo differentia vltimæ proprie erunt differentes: ergo alijs differentijs differuæ: & de illis idem conficiatur argumentū, donec steterit ad aliquam, quæ ens quidditatiue non includat.

1. Senten.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

includunt aliquem communem; aut nullum: si nullum habetur propositum: quia erit dare duos conceptus, per se determinabilem, & per se determinantem, qui sic se habent; quod per se determinabilis nihil includit ipsius per se determinantis; nec e conuerso: si includit aliquem conceptum communem; idem conficio argumentum vsque in infinitum, donec concludatur intentum.

Quarto probatur, quod ens de suis passionibus non prædicatur in quid: passio prædicatur per se secundo modo de subiecto ex primo Post. cap. 9. ergo subiectum intrat diffinitionem passionis; sicut additum: ex eodem primo, & ex 7. Metaph. tex. 17. & 19. ergo ens in diffinitione suæ passionis cadit, vt additum: ac per cōsequēs, non est de ratione quidditatiue eius.

Confirmatur, per Philosophū primo Post. cap. de statu Principiorum; ubi vult; quod prædicationes per se non conuertuntur per se; sed per accidens: hæc autem est per se in secundo modo: ens est vnum; ergo hæc erit per accidēs: vniū est ens: igitur.

Quinto, ens sufficienter diuiditur quidditatiue in ens increatum, & in decem genera: igitur passionis entis sub aliquo istorum continebuntur, si ipsa ens quidditatiue includunt: sed non continentur sub ente increato; vt patet: nec sub decem generibus: quia tunc essent species limitatae per consequens non possent Deo conuenire: quod est falsum: tum quia sunt transcendētia; tum etiam quia sunt perfectiones simplices; & conueniunt Deo in summo.

Sexto, accipio vnam passionem entis: & inquirō; an cōceptus eius includat præcisē, & adæquate, cōceptum entis: aut aliquid aliud ab eo: si primo modo: tunc idem erit passio sui ipsius: & cū passio sit naturaliter posterior suo subiecto; idem respectu sui erit prius, & posterius, seipso; quod est impossibile. Si secundo modo: quæram de illo si includat præcisē cōceptum entis: aut aliquid aliud; & fiat idem argumentū, sicut prius: donec concedatur, quod ens nō includitur quidditatiue in sua passione; vt eius passio est.

Secunda sententia est opposita præcedenti, quam tenet D. Thom. primo contra Gentiles, cap. 25. & de verit. quæst. 7. art. 1. & Quodlib. 2. art. 7. & 1. p. quæst. 3. art. 4. quæst. 4. art. 3. ad 1. & quæst. 5. art. 1. Caiet. de ente, & essentia cap. 1. Sōzinas 5. Metaph. quæst. 14. Fonseca 4. Metaph. quæst. 4. cap. 2. Suárez in Metaph. disput. 2. sect. 5. Soto in Antepredicam. cap. 4. est que communis apud Thomistas cum Henrico Quodlib. 15. quæst. 2. & Quodlib. 13. quæst. 9. & multipliciter probatur.

Primo, ens, & nihil, opponuntur cōtradictorie: ergo quod non est nihil, est ens: sed nullum per se intelligibile est nihil: ergo omne per se intelligibile est ens: sed differentia vltimæ, & cetera, de quibus agimus, sunt per se intelligibilia: ergo sunt per se ens: igitur, &c.

Secundo, rationalitas, quæ est vltima hominis differentia, est quædam entitas: aliās esset quædam nihilitas: Ex quo, si omnis prædicatione in abstractione est essentialis: quia facta abstractione vltimata; non remanet, nisi essentia rei; ergo ensitas

4. Argum.

Confirm.

5. Arg.

6. Argum.

2. Senten.

1. Argum.

2. Arg.

entitas quidditatiue de vltimis differentijs prædicatur.

3. Argum. Tertio, vnumquodque per eandem rationem formalem; qua distinguitur a non ente, includit ens non enti oppositum; sed omnis res, siue composita, siue simplex; siue vltima differentia; siue habens rationem quasi passionis, respectu entis, per suam rationem formalem distinguitur a non ente: ergo ex sua ratione formali includit ens: ergo vltima differentia, & passionis entis, includunt ens per se primo.

4. Argum. Quarto, vltima differentia speciei substantiæ, est per se substantia: cum sit per se pars essentialis substantiæ compositæ: sed substantia est ens per se, & primo: ergo cum quod per se inest superiori, per se inest inferiori; licet non primo: sequitur; quod ens per se prædicatur de vltima differentia: licet non primo; ex quo per se primo de substantia prædicatur.

5. Argum. Quinto, arguit Ocham: quod est ratio formalis essendi alicui, est ens formaliter: vltima differentia est ratio formalis essendi speciei: ergo est ens formaliter.

6. Argum. Sexto, ex non entibus non fit ens: sed ex vltimis differentijs fit ens: ergo non sunt non entia: ergo sunt entia.

7. Argum. Septimo, Philosophus tertio Metaph. text. 10. probans quod ens non sit genus: dicit: quia genus non prædicatur per se de differentijs: ens prædicatur de eis. Tunc sic: aut prædicari sumitur in maiori absolute, aut non: si absolute; tunc propositio est falsa: quia genus simpliciter, & absolute prædicatur de differentijs: ergo non prædicari accipitur cum ly per se: si ergo Philosophus non arguat in quatuor terminis; oportet, quod vniuersimode accipiat prædicari in maiori, & minori: ac per consequens ens prædicatur per se de vltimis differentijs secundum Philosophum. His, & alijs argumentis, hæc sententia ab eius Patronis roboratur. Cæterum, quia Doctor Subtilis, si bene intelligatur, non negat ens reale non prædicari quidditatiue de suis passionibus, ac vltimis differentijs: ideo pro illius mente aperienda.

1. Not. Notandum primo, Articulum istum procedere de passionibus entis; de modis intrinsecis; de hæccitatibus; existentijs; subsistentijs omnibus, tam vltimis, quam subalternis; dummodo ab vltima realitate formæ sumantur: differentia enim quælibet, v. g. rationalitas, potest sumi a tota Anima intellectiua: & vt sic, est ens formaliter, & quidditatiue; sicut & ipsa Anima; hominique, quem constituit, tribuit aliquam conuenientiam cum Angelis, & alijs hominibus: & de differentia hoc modo sumpta non agimus in præfenti: vel potest sumi rationalitas ab vltimo gradu Animæ, qui est vltimus in resolutione ipsius: Anima enim intellectiua, cum contineat vegetatiuam, & sensitiuam, est resolubilis in ipsas. Vnde cum sensitiua, & vegetatiua, ac ipsa intellectiua, sint ens formaliter, & quidditatiue; & tamen debeant inter se differre: & in conceptu entis non differant; quia in illo conueniunt; necessarium est dari in ipsis aliquam realitatem vltimam; videlicet vegetatiuam, vt sic; sensitiuam, vt sic; & ra-

tionale, vt sic; per quam distinguantur; & a quarum differentia sumantur, de qua ens in quid non prædicatur: & hæc differentia ab hoc vltimo gradu sumpta est ab alijs primo diuersa; estque conceptus simpliciter simplex; id est non resolubilis in conceptus determinabilis, & determinantis, quos Doctor quidditatiuum, seu materialem, & qualificatiuum, seu formalem appellat, de quibus supra super vniuersi, quæst. 4. de differentijs, ar. 1. iam diximus: vide ibi: ac tandem de differentijs ab istis vltimis gradibus sumptis, siue vltimis, siue non vltimis sint, inquirimus hic: quidquid mordicus contra Doctorem velit Suarez, vt sit.

Secundò notandum, quod licet vniuersi prædicatum, & vniuersi prædicari strictè sumptum, inter se differant ex Doct. in 3. dist. 7. nihilominus, si vniuersi prædicari largè sumatur, coincidunt inter se: album enim, quod est vniuersi prædicatum, etiam vniuersi prædicatur: cum vniuersi prædicari largè sumptum solum dicat prædicari secundum nomen, & rationem: atam si sumatur strictè, habet se, sicut superius, & inferius: nam omne, quod vniuersi prædicatur, est vniuersi prædicatum: sed non è contra: album enim est vniuersi prædicatum: & non prædicatur vniuersi strictè: quia non est de essentia subiecti, de quo prædicatur: quod ad prædicari vniuersi strictè requiritur: cum vt sic prædicari vniuersi sit prædicari de aliquo quidditatiue, & essentialiter. Quare merito Pater Philippus Fabrus reprehendit illos Scotistas, qui pro hac decidenda difficultate, prædicta distinctione vtuntur: nam ens, si est vniuersi prædicatum respectu omnium entium cum non sit accidens respectu illorum, necessario debet in illis essentialiter includi: ac per consequens de illis essentialiter, & vniuersi prædicari.

Tertio notandum ex doctissimo nostro Herrera 2. to. super 2. sen. dist. 28. q. 1. not. 1. quod ens reale, vt distinguitur contra nihil, in quocumque genere reperitur, & de quocumque prædicatur, & latius patet, quæ ens transcendentele. vnde ens transcendentele reale dicitur de omni illo, quod habet esse, sed vel formaliter, vel denominatiue. Vnde, paucis interiectis, inquit, possumus dicere ens reale hoc modo: ens aliud, vt distinguitur contra nihil, & aliud, vt distinguitur contra entitatem: ens vt distinguitur contra nihil, omnia ambit, quibus negatio nihilitatis conuenit, & per consequens, cum entitati, quantumcumque concepta distinctæ ab ente, talis negatio conueniat; quæcunque entitas, vt sic, erit ens: tamen ens non habet passionem: ens autem, vt distinguitur contra entitatem, quamuis omnibus entibus transcendentele conueniat formaliter, non tamen entitatibus: nam entitates non dicuntur habere esse, sed esse, quo, aliquid habet esse reale. Hæc Herrera.

Ex quibus infero: quod quando Doct. quæsit, an ens reale sit commune vniuersi omnibus per se intelligibilibus; loquitur de ente reali, vt opponitur nihilo: non solum, vt abstrahit ab omni ente casu intelligibili; sed etiam, vt iam est contra etiam ad esse entis transcendentele, quod est subiectum immediatum passionum, quas dicimus entis, nempe veri, boni, vniuersi, &c. conceptus enim ille communis ad

2. Nota.

3. Nota.

Corol.

ens transcendens contractus potest de omni per se intelligibili prædicari aliquo modo: quia omnia continent; vel potius aliquo modo in omnibus continetur.

4. Not.

Quarto notandum: quod ens reale, vt contra nihil distinguitur, dupliciter de omni per se intelligibili potest quidditatiue prædicari: vel in quid, vel in quale quid: (prædicari enim quidditatiue; vt super vniuersi, quæst. 7. de genere ex Doct. multis in locis, diximus, abstrahit à prædicari in quid, & in quale) ens prædicari in quid de suis inferioribus est prædicari de illis per modum potèntialis, & contrahibilis per aliquid, quod in quatuor rationem actus, & contrahentis: prædicari autem de inferioribus in quale; est prædicari de illis per modum determinantis, & contrahentis, ac qualificantis.

Corol.

Ex quibus infero: quod sicut prædicatio quidditatiua abstrahit à prædicatione in quid, & in quale; nec valet: prædicatur quidditatiue; ergo in quid: sic conceptus entis realis, vt contra nihil distinguitur, est prædicabile quidditatiuum de suis inferioribus abstrahens ab esse prædicato in quid, & in quale: nec valet: ens reale prædicatur quidditatiue de hoc, vel illo ente: ergo prædicatur in quid: cum in quale quid possit de illis prædicari.

5. Not.

Quinto notandum: quod conceptus quidditatiuus in quid, seu materialis, & conceptus in quale quid, formalis, seu qualificatiuus, ita opponuntur; vt implicet aliquid vniuersi in altero reperi. Vnde, sicut Physice loquendo, materia, & forma sunt simpliciter simplices, & primo diuersæ; sic; quod nihil actualitatis formalis includitur in materia; & etiam nihil potentialitatis essentialis includitur in forma: sed licet materia Metaphysice sit composita, gradus componentes sunt potentiales, & componunt vnum potentiale in ordine ad formam: quamuis vnus, intra eundem ordinem materialitatis, sit in potentia ad alterum; & alter sit velut actus respectu prioris: & etiam licet forma sit etiam Metaphysice composita ex aliquo gradu superiori, & ex aliquo inferiori, qui componunt vnum actuale in ordine ad materiam primam: quamuis vnus intra eundem ordinem actualitatis sit potentialis, & contrahibilis per alterum, tanquam per suum determinans; ex quibus, tanquam ex gradibus determinantibus, fit vnum compositum formale, actuale, ac determinans respectu materiæ primæ: ita de conceptibus quidditatiuis, seu in quid, ac de qualificatiuis, est dicendum: conceptus enim potentialis nihil actualitatis differentialis, vel determinationis, includit: nec conceptus qualificatiuus nihil in se habet potentialitatis respectu conceptus prioris: aliter enim idem esset actuale, & potentiale, sub eadem ratione; quod implicat: cum hoc tamen stat; vt conceptus aliquis potentialis sit quidditatiue ex potentialibus gradibus compositus; & aliquis actualis ex actualibus: & huiusmodi sunt conceptus differentiarum; passionum entis; hæccitatum; ac modorum intrinsecorum; qui ex gradu entis, vt distinguitur contra nihil; & ex gradu quoddam particulari constituantur: qui quidem gradus vltimate determinas, ita est

vltimum, quo, in gradibus determinantibus; & ita simpliciter simplex; vt taliter sit ens; quod ens dicat totam illius perfectionem; quin ad illum per alium gradum determinatorem descendat: sicut gradus vltimus potentialis entis, ita est simpliciter simplex; vt alterum gradum potentiale non præsupponat. Erratio est: quia tales gradus sunt; & in gradibus entis non est eundem in infinitum; & ideo seipso est talis intra ordinem graduum determinantium.

1. Conclus.

Dicendum primo, ens reale non prædicatur in quid de suis passionibus, & reliquis in primo notabili numeratis. Hæc est Doct. in primo, vt supra: vbi lit. E. sic ait dico: quod ens non est vniuersum dictum in quid de omnibus per se intelligibilibus. Et idè docet; §. quantum ad secundum Articulu principalem: lit. H. idè quæ habet lit. L. & hanc conclusionem tantum probant argumenta pro prima sententia facta: nam ens non est potentiale respectu prædictorum; maxime vltimum differentiarum; quia tunc differentia tales ex materiali, & formali conceptu coalescerent: & ita ens descenderet ad ipsas per alias differentias: & sic in infinitum: quare dicendum est, vltimas differentias esse irresolubiles in conceptus prædictos; in quo sensu solum à Doctore simpliciter simplices appellantur.

2. Conclus.

Dicendum secundo, ens reale de omnibus per se intelligibilibus, quæ rationes essendi dicuntur, prædicatur quidditatiue in quale, de illisque vniuersi dicitur. Hanc existimo esse Doct. in 4. Metaph. q. 1. §. notandum, & in 1. vt supra lit. L. vbi sic ait: Vnde breuiter: ens est vniuersum omnibus; sed conceptibus non simpliciter simplicibus: est vniuersum in quid dictum de eis: sed simpliciter simplicibus est vniuersum, vt determinabilis; vel vt denominabilis: non autem vt dictum est de eis in quid: quia hoc includit contradictionem. Hæc Doctor. In quibus verbis ponderanda sunt illa particularia: est vniuersum, vt determinabilis; in quibus vult, ens determinari ad entia prædicta: ac per eadem sequens in illis quidditatiue includi: licet vt ad eas transcendens descendat; in suisque inferioribus; de quibus in quid prædicatur; denominatiue de simpliciter simplicibus prædicatur: ideo enim addidit: vel vt denominabilis. Et hanc conclusionem tenet Philippus Fabrus in suis Theorematis Physicis: eamque probant argumenta pro secunda sententia adducta. Et quamuis Doctor dicat hanc esse per accidens, & denominatiuam: rationale est ens: loquitur de prædicatione denominatiua, vt opponitur prædicationi in quid: nam in hoc sensu omnis prædicatio qualitatiua: etiam hæc homo est rationalis: denominatiua ab eo nuncupatur. Quare hæc rationale est ens: licet quidditatiue sit: quia tamen ens de rationali in quid non prædicatur; sed in quale: ideo denominatiua dicitur. Et in hoc sensu intelligendi sunt nostri; dum asserunt ens de vltimis differentijs non quidditatiue, sed denominatiue prædicari.

Nota.

hoc sensu intelligendi sunt nostri; dum asserunt ens de vltimis differentijs non quidditatiue, sed denominatiue prædicari.